



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XLIX. E Privatis Etiam Domibus altercatio eliminetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

rimth. 3. v. 3. Cum sit inter vos zelus & contentio nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? 2. Quod proinde: Honor est homini, qui separat à contentionib. omnes autem stulti miscentur contumelios. Prou. 20. v. 3. 3. Quod dissidentes tãdiu, vt ait S. Greg. 3 p. Past. c. 23. nullum boni operis Deo sacrificium immolant, quamdiu à proximorum caritate discordant. Matt. 5. v. 23. 24. 25. 4. Quod vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Iac. 3. v. 16. Vnde Eccles. c. 28. v. 10. Abstine te à lite, & minues peccata, in te sc. & aliis. 5. Quod Apost. Gal. 5. v. 20. contentionem, rixam, dissensionem numeret inter carnis opera, cœlestis regni aditu prohibentia. 6. Quod cum nemine quidem contendendum, sed minimè cum homine potente, locuplete, & linguace, vt monet Eccles. c. 8. v. 1. 2. 4. Similiter non litigandum cum innocente. Non contendas cum homine frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit. Prouerb. 3. versic. 30. Neque cum stulto. Prou. 29. v. 9. Vir sapiens, si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Nec cum ebrio, cui mentis impoti nihil salutare persuaderi potest.

Quibus cum
omni
nimè litigandum.

CAPVT XLIX.

DE PRIVATIS ETIAM DOMIBUS
altercatio eliminetur

§. Adem altercatio, non tãtum à conuentu publico, sed etiam à priuato reiiciatur colloquio. Non contraducas, ait Ecclesiast. c. 4. v. 30. verbo veritatis villo modo, & de mendacio in eruditionis tue confundere. Sermo, inquit S. Ambros. l. 1. off. c. 22. in duo diuiditur: in colloquium familiare, & in tractatum disceptationemque fidei atque iustitiæ. In vtroque seruandum, ne sit aliqua perturbatio, sed tamquam mitis, & placidus, & beneuolentiæ plenus & gratiæ. sine vlla sermo

G g

ducatur

ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio: quæstiones n. magis excitare inanes, quàm utilitatis aliqd. afferre solet. Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu vita id cauere debemus, ne ratione nimius animi motus excludat, sed teneamus consilii locum: ita et in sermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostra, aut ignauia aliqua exprimanus indicia. Sit ergo sermo hominum de scripturis maxime. Quid n. magis nos oportet loqui, quam de conuersatione optima, adhortatione obseruationis, disciplinaeque custodia? Habeat caput eius rationem, & finis modum. Sermo enim radios iras excitat.

CAPVT L.

ENASCENS DISSENSIONIS SCINTILLA MOX EXTINGUATUR.

§. **Q**UOD si discordia aut contentio orta fuerit, ne crescat mox in stirpe, elidatur. Sol non occidat super iracundiam uestram. Ephes. 4. vers. 26. Quia sicut acetum, ait S. August. epist. 87. corrumpit uas, si sibi diutius fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Idem S. Augustin. *Ira degen-* tomo 1. regula 37. & epist. 109. Lites, inquit, aut nullas habet *rat in odium.* beatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis 1. Ioannis tertio, versiculo decimo quinto. *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Contra implacabiles & inexorabiles tota pugnat distinctio nonagesima.